



Q. D. B. V.

DISSE^RTAT^O MEDICA INAUGURALIS

DE

EXPLORATA KERMES

MINERALIS

SIVE

PULVERIS CARTHUSIANORUM

IN MEDENDO EFFICACIA

QVAM

GRATIOSÆ FACVLTATIS

MEDICÆ

CONSENSU

PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CONSEQUENDI

SOLENNI MEDICORUM CENSURÆ SUBJICIT

FRANCISCUS XAVERIUS

MILLARS

BRUNTRUTANUS-RAURACUS.

AD DIEM XVIII. FEBRUARII A. O. R. MDCCCLII.

H. L. Q. S.

ARGENTORATI

Typis HÆREDUM PAUSCHINGERIANORUM.

DISSESTIS MICH THAEREN
DU GOTT
HUY ORAIA KHERES
LUTHER CATHARINA NORI
GRATIUS EUGENIUS
AEDEIC
CENS
PRO LICENCI
SUMMOE IN MEDIOLANUM
PRAE PREDICARE
HILDE COORDONI
SCHEIN MEDICINA ET THERAPEUTICA
LRYNCHICUS XAVERRIES
MILLARS
HUNDREDIAT
AD DILEXIT MUNIMENTA
TUR HIERONIMI LUTHERIANI A.D. 1531

ILLUSTRISSIMO
AC
CELSISSIMO
DOMINO DOMINO
JOSEPHO
WILHELMO
RINCK
A BALDENSTEIN
EPISCOPO
BASILEEensi
SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI
&c. &c. &c.



OMNIBUS
MUNIBUS
HONORIBUS



Ullo luculentiori documento Beneficentissimum Numen pro mortalium salute vigilare patescit, quam si talibus principibus purpuram in terris distribuit, qui, quemadmodum in eminentiori præ reliquis hominibus

bus collocati sunt loco, ita altioribus etiam omnibusque virtutum radiis undique coruscant. Hocce jubare diadematos imperantes quis subiectorum tanquam pretiosissimum donum a Deo datum venerari, tanquam ad imitandum propositum exemplar admirari, tanquam fundatissimum patriæ columen amplecti unquam desinet. Et quid aliud subditis Tuis, CELSISSIME PRINCEPS, per providam Dei Optimi Maximi curam concessum est, quam ut Te suspicientes, insignia hæc publicæ ac privatæ felicitatis præsidia in Te adunari, impensisime gloriari possint. Emicant ex sacratissimo Tuo animo tot fulgida virtutum lumina, ut veluti a blandissimo sole, universus Tuus populus lætissime & perpetuo ab illis foveatur & reficiatur. Prædicent hic REVERENDISSIME PRÆSUL eloquentissimi oratores facundissimis linguis summas Tuas laudes, & ô si satis ac pro meritis illas prædicens. Religionem ante omnia & pietatem Tuam, qua gregi Tuo ardentissimo exemplo prælukes,

ces, dignissimis verbis extollant; gratiam & benignitatem, qua miseros & afflictos solaris, maximis encomiis celebrent; sapientiam & prudenteriam, qua regiminis habendas moderaris, meritissimis elogiis affiant; justitiam & clementiam, quam in legibus administrandis dispensas, summis laudibus prosequantur; munificentiam & liberalitatem, qua bene merentes cumulas, condignis titulis condecorent; curam & auxilium, qua patriam tueris, altissimis vocibus evehant; amorem & vigilantiam, qua ubertati civium propiscis, insignibus nominibus ornent; imo patrocinium & asylum, quod scientiis ac artibus earumque cultoribus largiris, amplissimis praeconiis illustrent. Dum vero immensa quæ subditis Tuis sic sceneras emolumenta & cumulatissima benefacta, oratione in quantum fieri potest disertissima, publicæ nostræ felicitatis interpres pronuntiant; ego omni verborum ornatu ac comitatu destitutus, ex devotissimi & gratissimi animi penetralibus privatam felicitatem,

tatem , humanitatem & benignitatem , qua
CELSITUDINI TUÆ parentem meum
nullo non tempore afficere & beare placuit , elo-
qui & celebrare non desistam . Et , cum in pa-
trem faventissimam Tuam benevolentiam gra-
tiosius effuderis , in filium Tibi deditissimum ,
& , per conatus Medicos **CELSISSIMO TUO**
NOMINI consecratos , venerationis suæ profun-
dissimæ specimen humillime Tibi offerentem ,
ex abundantissimo beneficentiaæ Tuæ sinu gra-
tiæ rivulos demittere ne dedigneris , supplici-
bus formulis ab **ILLUSTRISSIMA TUA**
DIGNITATE exorare audeo . Cumque pro Tua
incolumitate subditi Tui fidissimi quotidie una-
nimi ore piissima vota Divino Numini nun-
cupent , mea etiam ardentissima iisdem adjungam ,
quo Tu , populi amor & deliciæ , ac securitatis
nostræ firmissimum fulcrum , ad remotissimam
vitæ humanæ metam nobis doneris , conserve-
ris , omniumque rerum prosperitate complearis .
Sic Te vivente & vigente patriæ salus incon-
cusla

cussa perennabit, sic bonis omnibus solatum
eminens perstabit, sic asylum tutissimum pa-
tebit in aliis & pecte placuisse & non tembo

**REVERENDISSIME
PRÆSUL
AC
PRINCEPS ILLUSTRISSIME
CELSITUDINIS TUÆ**

*subdito devotissimo & servo humillimo
FRANCISCO XAVERIO MILLARS.*



PRÆFATIO.

Intra innumeræ pene medicamenta, quæ, tanquam toridem auxilia, ad debellandos generis humani hostes, morbos nempe, ab ortu Medicinæ usque ad hodiernum diem a Medicis exhibita fuerunt, nullum tot fatis agitatum, tot vicissitudinibus expositum fuit, quam fossile illud nigrantibus spiculis radians Antimonium. Ipsius artis Medicæ parens HIPPOCRATES solus inter antiquos Medicos *Lib. de int. affect. Sect. 48. & 52.* Tetragono Medicamento, id est juxta interpretationem GALENI in *Hippocrat. Ling. explanatione* Stibio, aut inventis in stibio crustis, pro interno usu & capite purgando utebatur. A reliquis vero veteribus Naturæ antistitibus DIOSCORIDE videlicet de *Mat. Med. L. 5. c. 99.* PLINIO *Nat. Histor. L. 33. c. 34.* GALENO de *Simpl. Med. Fac. L. 9.* pro usu externo solummodo, siccante, adstringente, vulnerario & oculari commendabatur, aut plane non nisi pro medicamentis colorem conciliando, ac, in vita communi, pro fuco faciendo, facie nempe denigranda, aur superciliis pingendis inter Judæos juxta *2. Reg. IX, 30.* Ezech. XXIII, 40. *Jerem. IV, 30.* ac Graecos & Romanos secundum GRANDII *Diss. per Epist. de Stibio ejusque usu apud Antiquos in re cosmetica* in E. N. C. *Dec. 2. A. 6. App. p. 108* sqq. usurpabatur. Et obsolevit etiam cum tempore exterior hic $\frac{1}{2}$ ii usus, nec ad aliud quid nisi ad bruta, siue præcipue, a scabie curandas, easque ut & equos pinguefacientes amplius inservire solebat. At hominibus tandem rursus placere, & seculo duodecimo a BASILIO VALENTINO interne ad innumerous morbos miris laudibus prædicari, ac curru-

A

trium-

triumphali ubique circumveni \pm cœpit , quamvis
 præparatis tantum \pm ialibus hosce honores , nequaquam
 vero stibio crudo , destinaverit , quippe quod tanquam in-
 fidum remedium ab iisdem penitus exclusit : vid . Ipsius Tri-
 umph-Wagen des Antimonii p. 310. & 338. THEOPHRASTUS
 autem PARACELSIUS seculo decimo quinto metu omni excusso
 liberius illud tractare ausus est & L. 3. c. 6. de Vita longa \pm ii
 crudi usum internum tutum esse monstravit , ipsiusque fa-
 mam longe lateque extendit . Tunc vero classicum cane-
 re , bellum ciere ab Æsculapii filiis , præcipue illis , qui
 sub GALENI signis militabant , cœptum est . Multis sti-
 bium tanquam internecinum oppugnantibus , illud vene-
 ni instar damnantibus , & ex pomoeris Medicinæ authori-
 tate variorum senatusconsultorum muniti ejicientibus ;
 alii vero pro aris & focis illius innocentiam tuentibus ,
 saluberrimum medicamentum reputantibus , & in exilium
 actum solio magnifice impositum in civitatem Medicam
 postliminio idem revocantibus . Et hisce quidem fluctu-
 bus præterlapso præcipue seculo continuo fere jactabat-
 tur stimmi nostrum , ut modo in altum eveheretur , modo
 in orcum detruderetur , nec prius secura quiete & pro-
 merita laude frui ipsi datum fuit , quam , cum , vertente
 præcedente nostroque demum seculo , saniore tunc Chy-
 mia facem præferente , ac ignorantie & metus nebulas
 primum discutiente KUNCKELIO Lab. Chym. P. 3. c. 32.
 compertum fuerit , & potentissimi veneni & saluberrimi
 medicamenti faciem vicissim induere , sicque protei instar
 mutabile esse posse idem , prouti vel crudum , vel diversis
 modis præparatum in usum trahitur . Quemadmodum
 enim crudi usus in corpore humano plane innobius , imo
 potius saluberrimus existit ; ita si Δ em experitur \pm in vi-
 rus illico mutari , ex virulento tamen hocce statu per
 eundem Δ em & corpora alia naturalia diversa propor-
 tione addita in salubre iterum & turum pharmacum veri
 poterit . Possemus hæcce , si cunctorum præparatorum
 \pm ialium

† ialium numerum & examen inire vellemus, abunde probare. At, cum nec tempus, nec scopus nobis hoc concedat; in praesenti de unius saltem antimoniati medicamenti explorata in medendo efficacia, quod Alkermes minerale, sive pulvis Carthusianorum, vocari solet, ut post rite exanilata tentamina & examina doctoralia specimen inaugurale studiorum extet, adjuvante DIVINA GRATIA, EX GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU verba facere constituimus. Tu vero, Benevole Lector, si, quos de morbis deportat triumphos Alkermes minerale, recte exposuero, ovare me sine, si minus apte id fecero, quod quidem vereor, de me triumphare Te finam.

§. I.

Antimonium est semimetallum candicantis plumbi utplurimum, quandoque vero rufentis cinnabarini coloris, odorem sulphureum spirans, ponderosum, fragile, ex striis longis, vel latis, splendentibus, in gleba minerali concretum. Quod, dum e ∇ æ visceribus effossum, in ollis propriis ope Δ is in massas pyramidales liquatur, sive ab impuritatibus liberatur, Antimonium crudum, melius tamen fusum appellares, vocari solet. Et, quoniam Δ e sic fusile † existit, nitidamque faciem præ se fert, & grave est, illud metallæ familie esse, in aprico est, sed, cum nec ductile sit, nec malleo percuri possit, quo minus ad perfecta metalla idem referamus, impedit, hinc inter imperfecta, seu uti vocantur semimetaalla, locum ipsi assignare cogimus. E fodinis multorum ∇ æ locorum mineram † ii erui notandum est. Optimum † in Hungaria & Transylvania nascitur, bonum vero etiam Bohemia & Saxoniam, Italia itidem & Suecia suppeditat, imo nulli secundum Britannia minor, Pictavia & Avernia in Gallia nobis largitur. Et Celeberrimus

SCHOEPFLINUS in *Alsat. Illustr.* T. 1. p. 13. memorat, quod minera quoque stibii seu $\ddot{\tau}$ ii apud Giromanium, in extremitate Alsatice, ubi Burgundie contermina est, reperiatur. Variis vero sub figuris minera stibii diversis locis eruta, seu stibium vere crudum aut nativum, oculis sese offerre solet, quæ dein ob striarum squammarumve diversitatem, ob colorem etiam differentem variis $\ddot{\tau}$ ii speciebus constitutis ansam dederunt, & a Naturalis Historiæ scriptoribus variis nominibus insignitæ fuerunt, quæ quidem in WALLERII *Mineral.* p. 306. GEOFFROY *Mat. Med.* T. 1. p. 216; LINNÆI *Syst. Nat.* p. 172. evolvi poterunt. Nec ullo ex alio fonte, quam ex facie externa, illa distinctio emanavit, qua PLINIUS *Hist. Nat.* L. 33. c. 33. stibium in marem qui horridior, scabriorque, & minus ponderosus, minusque radians & arenosior est, & fæminam quæ contra nitet, friabilis, fissurisque non globis debiscens existit, divisit. Et, colorem quod atrinet, præter candicantem plumbeum colorem, quo ordinario $\ddot{\tau}$ prædictum est, rubrum etiam $\ddot{\tau}$, cuius striæ colore rufo imbutæ sunt, invenire licet. Hoc vero ab ooco afflato colorem suum mutuari, ex eo, quod oœtri mixtum semper colorem rubicundum ipsi conciliat, ut in auripigmento & sandaracha realgare illud videre est, palam fit. Non solum vero ∞ , sed etiam modo \odot , modo $\ddot{\tau}$, $\ddot{\hbar}$, $\ddot{\delta}$, pyrites, lapides, crystalli, $\nabla\ddot{\varepsilon}$ $\ddot{\tau}$ io adhærere, sicque glebam ipsius mineralē efformare solent. Inde etiam denominatio fossilis nostri juxta quosdam orta esse videtur, quod nempe Antimonium vocetur ab $\alpha\tau\mu\eta\tau\eta$ & $\mu\beta\eta\sigma$, quod ipsi aduersetur solum & sine aliorum metallorum consortio nasci. Alii vero ab $\alpha\tau\mu\eta\tau\eta\eta\eta$ illud derivare voluerunt, quod in $\Delta\epsilon$ perduret, vel quod corpora firmer & contra morbos defendat. Iterum alii præeunte FALLOPIO *Tract. de Metall. s. Foss.* c. 29. ab arabico vocabulo *Aitruad* & Achman vel Achiman unde Chymistæ & Sepulstarii deduxere Achmadium & ab hac voce postea Antimonium formatum fuisse credunt, & inde etiam Gallorum Antimoine origi-

originem suam forsitan traxit. Ipsis vero Græcis *síppus*, *síppi*,
sībi, a *sēbē*, denso, firmo, ob vim adstringentem vocabatur.
Πλατυφθαλμον etiam, quoniam affectibus oculorum medebar-
tum, ipsis audiebat. *Τυπαινειον* itidem, quoniam mulieribus pro
oculis denigrandis inserviebat, *λέβασον*, *ἀλέβαστρον* etiam, ac
τετράγανον Hippocrati nominabatur. Latinis vero Stibium,
Stimmi, & postmodum vulgari sermone Antimonium di-
cebatur. Ab Alchymicis lupi metallorum, radicis me-
tallorum, protei, plumbi philosophorum, sacri etiam, vel
nigri, magnesiae saturninæ, primi entis auri nomine con-
decorabatur. Germani denique, ob strias splendidas, spi-
cula æmulantes, & ob vitrum, quod ex eo confici potest,
Spies-Glas, nostrum fossile appellaverunt.

§. II.

Hocce nunc ḡ crudum, quoniam metallicæ pro-
sapiæ est, Δe non solum fusile nullo non tempore existit;
verum etiam, diffatis quoad maximam partem levioribus,
&, uti flamma & odor illud prodit, Σeis ipsius particulis,
in crucibulo candenti in fluorem penitus deductum, ad
omnes formas recipiendas aptum reddi potest: hinc, post-
quam liquatum in conum fusorium infunditur, ac refri-
geratur, ibidem solidum, nitentem, gravem, pauloque per-
fectiore metallicum habitum, id est reguli formam, in-
duit. Sic vero, ex regulinis & dein Σeis partibus stibi-
um conflatum esse, Pyrosophia nobis patefacit. Regulina
five metallicæ stibii substantia terram vitrescibilem, uti
omnia corpora metallicæ, pro basi sua agnoscit, at subtri-
le quoddam Θinum corrosivum & inflammabile prin-
cipium, quod arsenicale salutarur, nam oo substantiæ
Θinæ & Φæ esse BECCHERUS *Phys. Subt. Suppl.* 2. p. 394.
evicit, ab incunabulis suis ita intime adhuc admixtum ha-
bet, ut vix amplius ab eodem per artem penitus ḡii re-
gulus liberari possit, dumque Δ in gremio Θæ hisce
regulinis partibus afflatur, iisdemque associatur, ex duobus

A 3

mixtis

mixtis his compositum illud , quod antimonium dicitur ,
 inde sic emergit . Et , tam firmo connubio duo hæc mixta ,
 $\frac{1}{2}$ & regulinæ oœales partes , in $\frac{1}{2}$ io invicem combinata
 sunt , ut , licet arte spagyrica corpus hocce in partes di-
 vellatur , fere semper tamen adhuc regulinæ substantiæ
 aliquid $\frac{1}{2}$ ei inhæreat , aut $\frac{1}{2}$ regulinum oœale quid ad-
 mixtum permaneat . Quis vero non sic proportionem ,
 qua duæ hæc substantiæ invicem concreverunt , exæste de-
 terminare velle , difficillimam rem esse , præcipue cum in
 diversis $\frac{1}{2}$ ii mineris diversa earum proportio existere de-
 beat , perspicit . Unde etiam tantus inter Hermetis filios
 dissensus exurgit . In eo tamen omnes convenire depre-
 hendimus , quod plus quam dimidia , aut ad minimum di-
 midia pars , in $\frac{1}{2}$ io regulinæ naturæ existat , uti hoc ex
 GLAUBERO Philosophischer Oefen P. 4. c. 10. STAHLIO Opusc.
Chym. Phys. Med. p. 494. & NEUMANNO Lect. publ. vom
 Salpeter , Schwefel , Spiesglas und Eisen p. 275. videre est .
 MEUDERUS Analyse raisonnée de l' Antimoine traduite par Clau-
 sier & jointe a la Chymie traduite de Roth p. 381. juxta re-
 gulas hydrostaticas proportionem horum mixtorum inve-
 stigans , in 1000 granis $\frac{1}{2}$ ii $\frac{1}{2}$ is gr. 351. & reguli gr.
 649. inesse , adeoque duas partes reguli ad unam $\frac{1}{2}$ is ad-
 esse invenit . CRAMER Elem. Art. Docim. P. 2. p. 136. unam
 circiter quartam partem $\frac{1}{2}$ is $\frac{1}{2}$ in se habere dicit . Huc
 etiam GEOFFROY calculus redit , hic enim , uti in Mem. de
 l' Acad. Roy. des Scienc. A. 1736. p. 423. annotatur , cum ibj.
 $\frac{1}{2}$ ii calcinando ad 3xii. 3ij. gr. xxiv. calcis ∇ eo-regulinæ de-
 duxerit , ex qua 3ix. 3vj. gr. LIV. reguli obtinuit , 3ij. 3iv.
 & gr. XLVIII. $\frac{1}{2}$ is avolavisse sic reperit , adeoque etiam $\frac{1}{2}$ in
 $\frac{1}{2}$ io ad regulum quartam circiter partem constituere
 asseverat .

§. III.

Ad oculum vero , ope analysis chymicæ , quod stimmi
 ex hisce nominatis mixtis revera compositum sit , mon-
 strari

strari potest. Evidem, \triangle ejusdem quod attinet, flamma cyanea, quæ ex $\text{S}\ddot{\text{o}}$ io, vel per Δ em O arem vi speculorum causticorum calcinato, vel super carbones ardentes deflagrato, vel cum O o in crucibulo candenti fuso, cum strepitu in auras assurgit, de \triangle is præsentia non solum oculos & aures certiores reddit; verum etiam odor \triangle eus, quem accensum $\text{S}\ddot{\text{o}}$ pirat, qui que nares ad naufragium usque ferit, & vapor molestus \triangle eus, pulmones ferre strangulans, naturam & indolem ipsius manifeste prodit. At ipsum hoc \triangle apertius adhuc oculis subjici, & ipsis manibus palpabile reddi potest, dum $\text{S}\ddot{\text{o}}$ vel cuiusdam $\text{S}\ddot{\text{o}}$ do minerali immersimus, vel eidem alcalinum quoddam \square offerimus. Nam & A da & alcalina aptissima ad \triangle a metallorum recludenda esse, solide POTT *Diss. de Sulph. Met.* in *Exercit. Chym.* p. 22. & 28. monstravit. In priori quippe casu $\text{S}\ddot{\text{o}}$ dum \square regulinas partes $\text{S}\ddot{\text{o}}$ ii aggreditur & solvit, \triangle eas vero ejus particulas, irtuote in quas nullam vim exercere potest, intactas relinquit, quæ indissolutæ ac separate partim supernabunt, partim fundum petent. Ita BOXLE *Chym. Scept.* p. 24. $\text{S}\ddot{\text{o}}$ li cum $\text{S}\ddot{\text{o}}$ lo $\text{S}\ddot{\text{o}}$ lato mixtum in retorta destillavit, sicque modicum \triangle ris communi simile obtinuit. In V iam $\text{S}\ddot{\text{o}}$ immersum, quæ quidem optime omnium regulum $\text{S}\ddot{\text{o}}$ ii solvit, in fundo, annotante BOERHAAVIO *Elem. Chym.* T. 2. Process. 208. materies cineriti flavescentis coloris, quæ exsiccata verum \triangle exhibuit, relicta fuit. $\text{S}\ddot{\text{o}}$ ri $\text{S}\ddot{\text{o}}$ lo superfusus maximopere cum eodem fermentat atque laminas quasdam, pyritibus similes, quæ instar \triangle is ardent, separat, annotante GEOFROY *Mem. de l' Acad. des Sc. A.* 1735. p. 323. $\text{S}\ddot{\text{o}}$ is etiam, licet lentius, aliquot portiunculas \triangle eas ex $\text{S}\ddot{\text{o}}$ io, uti *l. c.* legitur, protrudit. Si vero posteriore methodo, nempe per alcalina \triangle ia \triangle is $\text{S}\ddot{\text{o}}$ ii everttere lubet, mediantibus iisdem vel siccis, ope fusionis in crucibulo ex $\text{S}\ddot{\text{o}}$ io \triangle is expellere, & ad superiora sub forma scoriarum propellere possumus, subsidente interea ad fundum regulo, vel lixi-

vils alcalinis ipsius separationem a regulo procuramus. Alcalina enim semper & ubique, ob intimam cum $\text{\textcircled{A}}$ ibus affinitatem, hæc in consortium trahunt, adeoque, cum & in stibio eadem offendant, a regulinis vinculis liberabunt, sic vero cum alcali unitum $\text{\textcircled{A}}$ in $\text{\textcircled{D}}$ eo nunc quo solubile redditur, & cum alcali in codem tamdiu suspensum manet, usque dum vel sponte, vel per $\text{\textcircled{F}}$ tans, sub forma flocculorum vel $\text{\textcircled{O}}$ anti, vel rubicundi coloris, lente, aut vi, deorsum ruat, ubi tunc siccatum omnia $\text{\textcircled{A}}$ is examina perfecte atque exacte sustinet. Non solum vero alcalina $\text{\textcircled{D}}$ ia in $\text{\textcircled{A}}$ eas $\text{\textcircled{A}}$ ii partes jus aliquod habere, illasque a regulo separare, ac in sui unionem ducere sciendum est, verum, simulac metallis occurrit $\text{\textcircled{A}}$, cum ipsis facile etiam $\text{\textcircled{A}}$ connubium inire, regulumque deserere solet: at, cum, quando illa $\text{\textcircled{A}}$ semel amplexum est, fragilia eadem reddat, ac in scorias, si solum $\text{\textcircled{O}}$ excepteris, convertat, lupi metallorum nomen meruit. Sic vero, dum hoc in metallis exerit, si $\text{\textcircled{O}}$ alia metalla adhaerant, $\text{\textcircled{O}}$ purificat, illudque ab ignobilibus metallis, quæ corrodit, liberat.

§. IV.

Non modo autem per diacrisin, sed & per syncrisin, quod $\text{\textcircled{A}}$ in $\text{\textcircled{A}}$ ii miscelam ingrediatur, edocemur. Ita enim, si $\text{\textcircled{A}}$ commune cum regulo $\text{\textcircled{A}}$ ii unimus, $\text{\textcircled{A}}$ reduci posse notum est. Idem clarissime etiam ex $\text{\textcircled{A}}$ is $\text{\textcircled{A}}$ ii præparatione, quæ ex $\text{\textcircled{A}}$ io & $\text{\textcircled{S}}$ io in retorta per $\text{\textcircled{E}}$ tonem conficitur, innotescit; pari enim modo, uti $\text{\textcircled{A}}$ nativa, vel factitia vulgaris, ex $\text{\textcircled{A}}$ e cum $\text{\textcircled{S}}$ io vivo combinatoro exurgit; ita hic, ex $\text{\textcircled{A}}$ e $\text{\textcircled{A}}$ ii & $\text{\textcircled{S}}$ io, $\text{\textcircled{A}}$ in, quæ $\text{\textcircled{A}}$ ii tunc vocatur, nasci planum fit. Et si $\text{\textcircled{A}}$ in hanc $\text{\textcircled{A}}$ ii cum æquali portione limaturæ $\text{\textcircled{A}}$ is in retorta destillamus, $\text{\textcircled{S}}$ ium non solum in forma currente resuscitare, verum etiam $\text{\textcircled{A}}$, quod in fundo retortæ $\text{\textcircled{A}}$ ti adhuc adhaeret, aſſundendo $\text{\textcircled{A}}$ li, ſicque $\text{\textcircled{O}}$ gle generando, a $\text{\textcircled{A}}$ is amplexi-

plexibus iterum divellere poterimus: videsis HOFFMANNI
Obs. Phys. Chym. L. 3. Obs. 2. p. 246. Hocce vero sicut a reguli
 compedibus per varias encheireses separatum $\frac{1}{2}$, nunc
 purum, & a regulinis arsenicalib^us que quisquiliis omnimo-
 do liberatum existit, quod præcipue de illo, quod per
 unum ex Ria, aut per diacrisia ex $\text{\textcircled{R}}$ i $\text{\textcircled{R}}$ ii obtinemus, va-
 let; sed communi & ordinario $\frac{1}{2}$ i penitus tunc aequipa-
 randum, nec ullo modo eidem anteponendum, non ta-
 men etiam postponendum erit, colore etiam tunc fla-
 vum, utrū vulgare, obtinere solet. Nunc o-oalibus & re-
 gulinis particulis adhuc irretitum, adeoque impurum idem
 est, qualia illa $\frac{1}{2}$ a $\text{\textcircled{R}}$ ii omnia, quæ per alcalia a regulo se-
 parata fuerunt, &, vel spontanea, vel violenta $\text{\textcircled{R}}$ ne feces-
 serunt, esse solent; hinc colore etiam rubicundo magis aut
 Oantio eadem prædicta sunt. Nam, si $\frac{1}{2}$ i o-o addatur, per
 unum prodit mixtum $\frac{1}{2}$ e communi rubicundius, annotante
 JUNCKERO in doctissima *Diff. de $\text{\textcircled{R}}$ ii crudi usu interno* p. 14.
 Halae 1750. habita. Attamen pro gradu & proportione ad-
 mixtionis particularium heterogenearum regulinarum o-oalium
 $\frac{1}{2}$ a haec a se invicem differunt. Ita, ut quo minus reguli-
 larum & o-oalium molecularum $\frac{1}{2}$ $\text{\textcircled{R}}$ ii aliquod contineat,
 eo purius eoque nobilius respectu reliquorum jure merito-
 que censendum sit. Nunc vero $\frac{1}{2}$ stibinum præter regulinas
 o-oales partes metallicas adhuc alias, videlicet $\text{\textcircled{R}}$ iales, $\text{\textcircled{R}}$ reas,
 $\text{\textcircled{R}}$ iales &c. quando in scorias eas convertit, vel quando cum
 solutio metallica $\text{\textcircled{R}}$ tum fuit, in finu suo sovet. Hoc ve-
 ro eo ipso itidem minus purum, minus tamen regulinum,
 sed regulino-metallicum $\frac{1}{2}$ $\text{\textcircled{R}}$ ii existet. Inter hæc vero reguli-
 no metallica $\text{\textcircled{R}}$ ii $\frac{1}{2}$ a, illud quod de $\text{\textcircled{R}}$ iali prosapia participat,
 reliquis generosius & aptius erit. Verum enim vero, quod
 ad unum adhuc, purissimum nempe illud $\frac{1}{2}$, attinet, quod
 a prioribus diversum in $\text{\textcircled{R}}$ io quidam ciniflones querunt,
 quodque, quoniam $\text{\textcircled{O}}$ exinde generari credunt, $\text{\textcircled{O}}$ are, em-
 bryonatum, $\text{\textcircled{O}}$ leprosum, ens primum $\text{\textcircled{O}}$ i vocant, sic-
 que in $\text{\textcircled{R}}$ io $\text{\textcircled{O}}$ i seminia latitare contendunt; illud utique

B

sanio-

saniores Chymici jure explodunt. Nullum enim aliud Δ , quam quod cum nativo Δ e convenit, & ex Δ o Θ lico cum principio phlogisto unito, gignitur, in $\ddot{\tau}$ o admitti debet, nec potest.

§. V.

Præter Δ & combustibile mixtum, Δ nempe, ex graviori, \vee iori & metallica materia, sive vitrescibili ∇ a, fibium etiam combinari, diacrisis ipsius itidem nos convinxit. Stibio nempe in crucibulo candente cum Θ ibus alcalinis aut metallis detonato, Δ sic, ceu levior ipsius pars, per modo dicta additamenta a gravioribus solidioribusque separatur, evertitur, & partim deflagrat ac avolat, partim vero Θ ibus alcalinis aut metallis adhæret, & sub scoriarum nomine cum iis, utpote corrosis & porosis nunc factis, superiora occupat, gravior vero, metallica, ∇ stris portio, sola relicta & liquata, crucibili dein fundum petit, ac, vel ibidem, vel in conum fusorium immissa & refrigerata, massam solidam, ponderosam, splendentem, metallicam, regulum vocant, exhibet, testibus regulis vel simplicibus, si sola Θ ia adhibita fuerint, vel, si metalla addita fuerint, quoniam tunc ex metallis adjectis quidpiam adhuc immixtum manet, compositis tunc vocatis. Nunquam autem a Δ e liber omnimodo pronunciari poterit, quisquis nunc fuerit regulus $\ddot{\tau}$ ii, cum alcali enim denuo fusu regulus detonationem quandam adhuc subit, novasque scoriae Δ reas reddit, quin etiam semper fragilis existit idem, sed Δ metalia fragilia facit, assertore BOERHAAVE *Elem. Chym.* T. 2. p. 509. Hocce tamen Δ aucto & diu continuato Δ is gradu fere omne a regulo expelli posse non inficiandum est, at, tunc in calcem metallicam regulina substantia, ut convertatur, necesse erit, uti in $\ddot{\tau}$ o diaphoretico, &, ex butyro $\ddot{\tau}$ ii per affusam ∇ am Δ dum Θ is communis suscipientem ac regulum ∇ antem facto $\ddot{\tau}$ io viræ, imo ex hoc præparato bezoardico minerali, illud evenit. Quin, si per pertinacissimam

(II)

simam calcinationem, & fortissima Δ is tortura institutam fusionem, a Δ ea sua veste vix non penitus denudatur stibium, basis regulinæ substantiæ, ∇ vitrescibilis, remanens in verum vitrum tunc abibit, uti in varii coloris vitris \pm illud videre est.

§. VI.

Quamvis autem metallica ∇ \pm ii, sive nunc sub reguli, sive calcis, sive vitri forma compareat, Δ e suo crasso orbatæ sit; eidem tamen Δ eum quoddam & acre \ominus in corrosivum principium, quod $\circ\circ$ natales suos tribuerre diximus, arcto connubio adhuc unitum esse, per verum corporum naturalium lapidem lydium, Chymiam, convincimur. Non hic, ut assertum nostrum roboremus, ad \pm rubrum provocabimus, hoc enim ex $\circ\circ$ admixto ruborem suum contraxisse, nullus Chymicorum in dubium vocat. At, non idem omnium circa \pm vulgare, nigrans, consensus esse solet. Verum enim vero, plura sunt magni ponderis argumenta, a magni nominis spagyricæ artis doctribus, STAHLIO *Opuscul. Chym. Phys. Med.* p. 486, & 492. HOFFMANNO *Observ. Phys. Chym.* p. 243. & 244. NEUMANNO *Lect. publ. vom Spiegglas* p. 300. JUNCKERO *Conf. Chym. T. I.* p. 1035. & *Disserr. citat.* p. 16. & 17. SENAC *Nouveau Cours de Chym. suivant les principes de Newton & de Stahl* T. 2. p. 199. passim allata, quæ de $\circ\circ$ ali principio, \pm aliquid particpare clarissime nos edocent. Nam, si animum ad illa advertimus, quod \pm in ∇ ia æque facile uti $\circ\circ$ solvatur, quod vix non omnia metalla uti $\circ\circ$ corrodat, quod Δ i sufficienti in quantitate admixtum $\circ\circ$ eidem semper colorem rubicundum conciliat, ∇ vero \pm ii colore rubicundo conspicuum esse notum est, quod sive $\circ\circ$, sive stibio, \sim Θ i superfundatur, sub solutione ex utroque vapores ex bruno- rubri ascendant, quod cum Θ o tractatum & \pm & $\circ\circ$ paria phænomena exhibeat, nempe, quemadmodum Θ , asserente STAHLIO *l. c.* p. 492. cum *aliis phlogistis compositis*, quæ nihil neque manifesti, neque occultio-

cultioris & di continent, deflagrans, penetrantissimum suum
 odorem, colorem & acrimoniam amittit, ita cum hisce duo-
 bus corporibus mixtum mirifice augescit in fætore, colore,
 Alitate & subtilissima corrosiva acrimonia, quod & cum
 hno tractatum vitrum efficiat, cum vitro & non val-
 de dispari colore, nec impari effectu conveniens, & tandem,
 quod & aequa ac summa efficacia emetica & cardialgico-
 synoptica, uti STAHLIUS l. c. p. 486. illud effert, polleat; ex
 hisce omnibus & oalis principiis in & tio praesentiam haud ob-
 scure cognoscere, illudque vix in dubium vocare licebit.
 Non etiam MEUDERI Traité de l'Ant. p. 383. & WALLERII
 Mineralog. p. 312. & oale principium & tio denegantium,
 momenta, ut in contrarium secedamus, nos movebunt.
 Hi quidem & in & oco & per deliquum solvi non posse,
 quod tamen & oco evenit, proferunt, nec in & a dissolvi &
 veluti &, ajunt, stibium insuper diaphoreticum cum phlo-
 gisto in regulum reduci posse, & ex illo, addito & e, & re-
 generari, ex hoc vero & tio sic regenerato denuo & & & , aliis
 simile, absque ut & oale quid addatur, produci, notant.
 Alii non aliiaceum odorem accensum &, aut & ipsius, de-
 se spargere, uti &, addunt. Verum enim vero, cum nec
 & & , per & crystallini admixtionem colore rubro ex-
 ornatum, alliaceum odorem, notante illud optime JUNCKE-
 RO in doct. diff. alleg. p. 21. edat, cum non & vulgare, sed
 principium & oale, & le, & eum, penetrans & corrosivum
 cum stibio unitum esse intelligendum sit, cum, licet calcin-
 netur &, non omnia & oalia elementa ita expelli possint,
 ut non quædam & vitrescibili adhuc inhærent, cum &
 & , ex & tio per regulum purum & & vulgare regenerato,
 imperatrum, non tam rubro colore tinctum sit, quemad-
 modum alia ex crudo & tio obtenta & a, hæcce in contra-
 riā sententiam prolata argumenta, vel plane non feriunt,
 vel &, non vero & oale principium stibio non inesse, solum-
 modo probant. Ideo vero etiam, quoniam non tanquam
 mixtum sed tanquam principium & tio & inest, nunquam in
 sua

sua nuditate sifeti, & ab omnibus reliquis suis partibus separatum in conspectum produci potest, sed, vel Δi $\text{t}ii$ intime adhæret, eique rubrum colorem conciliat, vel regulinis metallicis $\text{t}ii$ partibus, & quidem iis lubentius & intimius, se se associat. Hinc BECCHERUS in *Phys. Subt. Suppl.* 2. p. 394. utcunque insituantur analysis $\text{t}ii$ semper ∞ & φ ium $\text{t}ii$ simul invenies, dicit. Et, cum regulinam substantiam nihil aliud, quam φ ium \circ -oali vapore coagulatum, & ad siccitatem deductum esse, Chymicorum multi statuant; non mirum regulinam stibiam substantiam a quibusdam nomine φ ialis substantiae etiam insignitam fuisse. Et φ iale quid $\text{t}io$ inesse, non solum ex eo probabile videtur, quoniam illud, æque uti φ , metalla corrodit, quoniam cum $\text{t}o$ Θ is æque affinitatem alat regulus $\text{t}ii$, ac argentum vivum, quoniam cum $\text{t}e$ pariter amicam copulam init regulus $\text{t}ii$, uti φ , verum etiam, quoniam aliquid φ ii vivi, tractando regulum $\text{t}ii$, prolectum fuit, testibus KUNCKELIO *Lab. Chym.* p. 477. HOFFMANNO *Diss. de mirab. Δi $\text{t}ii$ Vati efficacia in medicina in ejusdem Opusc. Med. var. arg.* p. 477. reperiunda. Quod quidem quando contigit, magni laboris & tædiosissimi operis, fatente HOFFMANNO *l. c.* & STAHLIO *l. c.* p. 488. res fuit. Ita celeberrimus GEOFFROY juxta *Mem. de l'Acad. des Sc.* A. 1735. p. 63. ex zj . Kermes, quod Δ $\text{t}ii$ est, in ∇ ria soluti sedimento, globulum unum φ ii, quartam partem grani pondere vix superantem, qui sic nonnisi $\text{z}88.$ pars zj . Kermes exitit, forte fortuna obtinuit. Qui vero hoc modo acquiritur φ , rectius pro producto & generato ex \circ -oali principio cum regulo unito quam proeducto & principio $\text{t}ali$ haberi merebitur.

§. VII.

Quamdiu vero nunc \circ -oale hocce principium, vel Δi $\text{t}ii$, vel regulo ejusdem adhæret, cum corrofivum sit idem, utpote ex $\text{t}o$ Θ is & phlogisto constans, nam \circ o ex ∇ a Δi que inest Θ i communi & metallo intermixto,

juxta POTTIUM *Diff. de 4ibis metall. in Exerc. Chym.* p. 56. *constat*, tamdiu emeticam & corrosivam vim mixta hæcce $\ddot{\text{S}}$ ialia edere, non negari poterit. Quo tamen parcior erit o alis principii admixtio, eo remissiorem vim drafticam hæcce producta edere, quid quod A mericam $\ddot{\text{S}}$ ialium efficaciam obtundere, simul dicendum est, veluti, si o ci albi partibus novem vel una, vel duæ partes A is adduntur, illud observare est, tunc enim in priori proportione citrinum, in posteriori rubrum o o emergit, quæ albo paulo mitiora esse solent, quid quod anatica portione A is ad-dita, teste HOFFMANNO *Opusc. Phys. Chym.* p. 252. NEU-MANNO *Lect. publ. vom Spiesglas* p. 274. & MEUDERO *Trait. del' Art.* p. 381. omnem deleteriam vim o co auferre poterimus, quo plus igitur ab o ali principio liberata fure producta $\ddot{\text{S}}$ ii, quo copiosiori etiam A e eadem redundant, eo puriora, eoque remissiora in suo effectu erunt eadem, sive ideo A a $\ddot{\text{S}}$ ii præ regulinis preparatis tuitiora semper esse patet. Verum, quamquam o ale, corrosivum principium cum regulinis productis indissolubili fere neu-xu unitum sit, eaque propterea reliquis minus tuta existant, poterit tamen per artem, per O i nimirum alcali-fati in f. q. additionem, & fortissimo vulcano peractam calcinationem, immisionem dein in ∇ am, & edulcora-tionem, $\ddot{\text{S}}$ ita disponi, ut o ale hoc principium regulinas suas partes relinquere cogatur, vel saltem notabiliter ci-curetur. Hoc enim modo A vita, potentissimum emeti-cum, nec inique A vita æternæ aut mortis nominatus, cum triplo O i in bezoardicum minerale, aut, quod ex anatica parte $\ddot{\text{S}}$ ii & O i parari solet emeticum, iridem satis for-te, crocus metallorum, proportione mutata, sumendo nempe ad unam partem $\ddot{\text{S}}$ ii tres partes O i, in $\ddot{\text{S}}$ diaphoreticum, aut una pars reguli & tres itidem O i partes in ce-russam $\ddot{\text{S}}$ ii, hoc est in calces ∇ stres, regulinas, metallicas, innocuas, imo diaphoreticas rediguntur & convertuntur. Principium enim o ale, quod $\ddot{\text{S}}$ io inest, utpote ex O do $\ddot{\text{S}}$ is

Θis communis & phlogisto constans', per Θi +dum, quod specifice gravius est, quodque +dum sic Θis ceu specifice levius expellit, ipsumque phlogiston a comedibus suis liberat, in auras propellitur, quod vero remanet adhuc +dum Θis communis, ab alcali Θi penitus obtunditur, in Θ medium convertitur, sique domatur. Hinc etiam in ∇a, in quam hæ calces ad edulcorandum conjiciuntur, quando evaporatio ejus suscepta fuit, saepissime inter crystallos præter Θ ieiunium, aliquid Θis mirabilis reperire datum fuit.

§. VIII.

Patefactis nunc partibus fossile nostrum constituentibus, mechanica ipsius in corpus humanum vis agendi facile inde deduci poterit. Si crudum & integrumque adhabetur, cum intimo connubio tunc invicem principia adhuc juncta sint, & regulina^{reis} dominium habeant, coalesque atomi iisdem itidem perinacius immixtæ inhærent; potissimum tota sua substantia in partes corporis humani aget. Adeoque tanquam semimetallicum ponderosum horridis coalibus spiculis armatum, vim in fibras & solida irruendi, ea irritandi, & ad fortiorem ac vividiorem contraktionem stimulandi exercebit. Cumque ventriculum primum omnium salutem, nimia in quantitate ab eodem exceptum, fortiorem stimulum in eodem, sique emesin suscitare poterit. Ad intestina vero proficisciens, catarsin ibidem, ob eandem rationem inducet, quo usū etiam apud HIPPOCRATEM jam inclaruit. In genere vero, ubicunque fibris aut vasis applicatum fuerit, solidorum tonum intendere, erethismum in illis excitare, ea contrahere & roborare poterit. Ipso autem suo pondere, & ob regulinas metallicas partes, firmius cohærentes, in fluida etiam impetum faciet, ideoque illa resolvendi & incidendi virtute gaudebit, quæ quidem resolvens ipsius vis ^{reis} ejusdem partibus aliquo modo etiam in acceptis referen-

ferenda erit, quæ ex parte extricatae, humores expandere
 atque commovere tunc poterunt. Sic vero humorum
 motu aucto & resolutione eorum peracta, obstruēta vasa
 medicamenti hujus usū reserabuntur, secretiones & excre-
 tiones augebuntur, præcipue vero transpiratio cutanea &
 sudor promovebitur, diuresis etiam sepiissime excitabitur.
 Hinc in sanguinis æque ac lymphæ spissitudinibus omni-
 bus, eas dividendi & impuritates evacuandi scopo, stibi-
 um ceu summopere proficuum remedium abhinc multis
 retro annis celebratum fuit. Potissimum vero in rheu-
 maticis & arthriticis affectibus a KUNCKELIO, qui primus
 ejus virtutes in proprio corpore, ab arthritide graviter
 vexato, tentare ausus & probatissimas expertus est, insi-
 gnia encomia acquisivit, uti in *Lab. Chym.* p. 432. sqq. il-
 la ipsem notavit, & ab aliis dein pari cum successu in de-
 sperato hocce morbo \ddagger , præcipue ea sub forma, quæ
 morsulorum Kunckelianorum nomine hodienum in offici-
 nis pharmaceuticis clara est, adhiberi solitum fuit. Pari
 vero prospero cum effectu in aliis etiam affectibus, a dys-
 crasia seri oriundis, videlicet in scabie, lepra, scorbuto, go-
 cholia, cataracta, gutta serena, ulceribus antiquis, rachiti-
 de, atrophia, labe & obstructione glandularum scrophulosa,
 dysenteria, colica, præcipue \ddagger nina, in epilepsia tollenda, in
 convulsionibus curandis, in febribus intermittentibus, con-
 tinuis, lentis etiam fugandis, imo in ipsis vermisbus enecan-
 dis, ab inclytis in arte viris HOFFMANNO *Observ. Phys. Chym.*
 p. 249. BOECLERO *Cynosur. Mat. Med. Herm.* T. 1. P. 3. p. 99.
 GEOFFROY *Mat. Med.* T. 1. p. 220. CARTHEUSERO *Fund. Mat.*
Med. P. 2. p. 600. REISEISSEN *Diss. doctiss. de \ddagger ii crud. in Me-*
dicin. usū Argent. 1721. *defensa & JUNCKERO Diss. jam laudata*
de \ddagger ii crud. usū int. exhibitum & commendatum fuit. In
 quibus quidem affectibus in aliis incidendo & resolvendo,
 in aliis roborando & aperiendo, iterumque in aliis demul-
 cendo & relaxando operationem suam \ddagger exerere, patet.
 Et,

Et, vel in $\ddot{\text{z}}$ ere, idque solum, aut cum absorbentibus,
 $\ddot{\text{z}}$ alibus, veluti $\ddot{\text{z}}$ io dulci, aut panacea $\ddot{\text{z}}$ ali, mixtum, vel
in bolis, vel in morsulis ad 9j. ad 36. j. usque pro dosi,
vel in ptisanis aut decoctis cum speciebus anticatarrhalibus
ad aliquot $\ddot{\text{z}}$ ias, in hisce affectibus $\ddot{\text{z}}$ efficax se præstare &
usu venire solet. Hanc tamen methodum in decocto il-
lud exhibendi, si non plane inutilem, certe minus effica-
cem esse, ingenue fateri debemus, Nam enim solam, ad
tertiae etiam partis consumptionem cum $\ddot{\text{z}}$ io coctam,
nil nisi pauxillum ∇ æ calcariae $\ddot{\text{z}}$ ialis, nequicquam particu-
larum $\ddot{\text{z}}$ earum solvere, MENGHINI tentamina, in *Comment.*
Inst. & Acad. Bonon. T. 2. P. 2. p. 123. recensita, probant.
Poterimus tamen aliquam virtutem medicam decoctis his-
ce conciliare, si alcali quoddam \ominus ad coquendum $\ddot{\text{z}}$ ad-
diderimus, tunc enim alcalinæ \ominus inæ partes Δ $\ddot{\text{z}}$ ii aggredi-
entur, separabunt & in ∇ a solubile reddent, ut sic colla-
tum & calide propinatum hocce decoctum vim resolven-
di, sanguinem depurandi & aperiendi haud proletariam
acquirere queat. Externum autem ejus effectum, quo apud
veteres scopo oculari, siccante, vulnerario & adstringente
adhibebatur, quod attinet, eum quidem adhucdum tueri
poterit, sed, cum efficacia hodie possideamus, illo hoc
saltē sub titulo carere bene possumus. Neutiquam igi-
tur inanis pectoribus amplius insidere metus debet, quasi,
ob ω oales particulas regulinis & ∇ eis admixtas, interno
usu nocere, aut veneni instar agere fitibium debeat, ita
enim regulinis metallicis partibus irretitæ & a ∇ eis velatae
 ω oales hæ particulae in $\ddot{\text{z}}$ io crudo sunt, ut noxiā ac de-
leteriam vim edere minime possint. Nec per calorem
corporis humani, quum nunquam tam intensus ille sit,
extricari, nec a blandis succis corporis nostri solvi, & a
reliquis separari poterunt eadem, ut corrosivam sic in-
dolem assumere $\ddot{\text{z}}$ queat, ideoque integra tantum sua mo-
le idem agere notandum est. Hoc tamen reticere non
convenit, quod, si $\ddot{\text{z}}$ da, veluti vinum, $\ddot{\text{z}}$ tum, suc-
cum

cum citri assumimus , aut si primæ viæ +da faburra eo tempore , quo +io utimur , scarent , aut etiam , si alcalina θia eidem adjungimus , aut bilis multa in hisce locis ad- est , tunc regulinæ o-alesque partes a ♀eis separari pote- runt , cumque sic ♂ in partes resolvatur , emeticam aut plane corrosivam vim exerere utique poterit . Ergo tunc demum , quando per ☐ua , sive +da , sive alcalina , sti- bium crudum recluditur , aut si plane Δi exponitur , lar- va detracta , infestum , nocivum & infidum pharmacum fiet . Quippe per hasce encheireses ♀eæ partes a regulinis separantur , cumque o-ale principium firmius intimiusque regulinis particulis adhæreat , pro majori tunc , vel minori quantitate hujus principii admixti , non solum emeticam & catharticam , verum plane internecinam vim regulina ♂ii substantia induet , uti illud regulus ♂ii medicinalis & simplex , pocula , annuli & pilulæ emeticæ æternæ virtu- tis , crocus metallorum , ♀ emeticus , vitrum ♂ii ac ♀ vitæ , quæ ultima potentissima emetica , imo re vera ve- nena existunt , triflì experientia subinde probaverunt . Nec ♀ ♂ii a regulo separatum ab emetica vi omni plane libe- rum existere credendum est , quin potius emesis & cathar- sis , cum raro ab omnibus o-alibus quisquiliis liberum sit æque adhuc suscitabit . Quo parcior tamen illa quantitas o-alis principii admixti est , aut quo parciori in quantitate ♀ ♂ii exhibetur , eo mitior etiam ille effectus emeticus erit , imo plane , uti omne emeticum in refracta dosi sum- ptum , blandam virtutem diaphoreticam exeret .

§. IX.

Quemadmodum igitur ♀a ♂ii minori majorive prin- cipi regulino-o-alis adhærentis proportione & puritate in- ter se differre , indeque eorundem diversum modum agen- di provenire diximus ; ita variam hanc puritatem a variis methodis , quibus ♀ ex ♂io extrahere docemur , unice de- pendere sciendum est . Sed , quoniam ab omnibus o-alib- bus

bus & regulinis elementis penitus libera non sunt, impura semper illa existent, certis tamen etiam encheiresibus ♀ omni regulina o-ōali substantia prorsus nudatum ex ♂ io proli compertum est. Nam, si ♂, ut supra jam dictum est, in Viam immersimus, aggredietur illa omnem metallicam regulino-o-ōalem ejusdem partem, ipsum vero ♀ intactum relinquet, quod sic a vinculis suis resolutum, sub forma ♂eris flavi fundum petet, quodque, abstrahendo Viam, deinceps separatum & siccum obtineri poterit: conf. BOERHAAVE *Elem. Chym.* T. 2. p. 505. NEUMANN *l. c.* p. 277. CRAMER *Elem. Docim.* T. 2. p. 267. Cum ♂o ei etiam ♂li & ♂ii anaticis partibus destillationem instituendo, post prolectum ♂um +dum, sed decuplo mitiorem ♂eo ♂li, in retorte collo ♀ colore, sapore, consistentia & inflammabilitate vulgari exacte simile, ♂avit HOFFMANNUS *Obser.* *Phys. Chym.* p. 247. Qui IDEM *l. c.* p. 246. ex reguli ♂ ialis ♂ ialis scoriis in V a solutis per ♂um ♂li affusum ♀ vulgari simile ♂avit, quatenus +dum ♂licum, cum ♂te in ♂lum abiens, ♀ sic a nexus suo separavit. Purissimum quoque ♀ ♂le ex ♂ari ♂ii encheiresi supra jam indicata educere ille ipse docuit. Hæc vero sic ex ♂ io obtenta ♀, quoniam flavescentem colorem referunt, dum reliqua fusco colore imbuta sunt, quoniam cum alcalinis in V a soluta & per +da ♂ata solutionem lactescentem & ♂erem flavo-pallidum, qui re vera lac ♀is est, exhibent, quoniam odorem, saporem flammarumque coeruleam, uti commune ♀, afferunt, pura ♀a existere, adeoque regulinas o-ōales partes omnes exuisse, non dubitandum est. Idcirco autem, uti supra jam diximus, ♀a talia stibina ab ordinario ♂e etiam neutiquam different, nec præ illo alium effectum in medendo conspicuum possidebunt, scopo tam sanguinem expandendi, ejus motum augendi, eundem resolvendi & depurandi, æque uti commune exhiberi, atque virtute diaphoretica, pectorali, demulcente & discutiente se commendare poterunt.

§. X.

Quod vero nunc ad illas, easque diversas methodos, attinet, quibus quidem itidem Δ ex ♂ io evertimus, at regulinas oales atomos cum eodem unitas simul imprimamus, quibusque sic Δ a non amplius pura, sed impura, eaque vel regulina, vel regulino-metallica paramus, a vulgari, Δ regulinum, quod \odot atum vocari solet, modo præparandi initium facere non incongruum erit. In huncce scopum Chymici regulum illum stibinum, quem simplicem vocant, conficiunt. Sumunt quippe ♂ i, ♀ i crudi & Di lpartes anaticas, hasce in E terem redactas, & invicem mixtas, in crucibulum candens, inter carbones ardentes collocatum, successive injiciunt, sic, post quamlibet injectionem, detonatio, id est strepitus & flamma exurgit, quatenus ⊕ & ♀ per Δ em fortem alcalisata Δ in ♂ io aggrediuntur, illudque evertunt, ubi tunc pars ipsius, flamnam concipiens, in auras cum explosione avolat, postquam tandem omnis sic massa crucibulo immissa fuit, fundetur & fluet illa, fusam in fluore per quadrantem horæ relinquunt, dein probe liquefactam in conum fusorium, sebo antea illatum, infundunt, & sèpius interea malleo orbem illius percutiunt, sic partes graviores, metallicas fundum petere, & refrigeratas solidam coni figuram acquirere, regulumque offerre, leviores vero partes Δ eas residuas cum alcali Di & ♀ i, utpote cum quibus affinitate faciliter uniuntur, superiorem locum occupare & scorias suppeditare videmus. Has nunc scorias affusa ∇ a fervente coquunt, solvet sic illa alcali, & Δ , quod alias ∇ a non permiscetur, interventu Θ inarum particularum, quibus firmiter adhaeret, ∇ a etiam miscibile reddetur itidemque dissolvetur. Jam vero lixivio huic filtrato H um instillant, runc momento citius mixtura turbabitur, taram mephitim exhalabit, &, cum alcali nunc + dum, utpote cum quo intimorem affinitatem alit, offendat, Δ ; quod in ∇ a haæte-

✓ 386.
F. 4. v.

haetenus suspensum tenuit, dimitteret, quod quidem nunc,
gulum sanguinis resolvant, illum fluxilem reddant, circumlum humorum, secretiones & excretiones restituant, præcipue vero sudorem provocent, cur non in omnibus phlogosibus prodeste poterit non videmus, remedium certe aliud in his affectibus ipsi æquiperari aut palmam dubiam reddere posse vix credimus.

§. XXIX.

Quernadmodum autem in inflammatoriis febribus Ligerianus ḡ energiam adeo egregiam exerit, ita etiam idem jus in aliis febribus, in quibus humorum dispositio ad coagulum aut putredinem subest, in febribus nempe malignis & exanthematicis efficacissime tueri poterit. Cum enim in hisce morbis per miasma impurum in corpus suscepimus, vel in eodem genitum, in sanguine æque ac in aliis humoribus stasis, corruptio & putredo inducatur, anno quid praefantius, scopo sanguinem resolvendi, acrimoniam contagiosam, quæ ut plurimum + dæ indolis est, cicurandi, putredini resistendi, & miasma e corpore per diapnoen expellendi, quam Δ Ligerii possidemus. Hoc certe ob alcalinas suas ♀ eas & balsamicas partes juxta Excellentissimum BOECLERUM *Cynos. Mat. Med. Herm.* T. I. P. 3. p. 101. insigniter laudari meretur. Imo in omnibus febribus acutis, exanthematicis & malignis efficacissimum bezoardicum & alexipharmacum remedium existit, ideoque etiam in febribus contagiosis & epidemicis in scheda l. c. p. 24. commendatur. Cumque alii sua ♀ ra ḡ iata in hisce casibus ceu specifica & probata magnis encomiis affecerunt, nostrum Kermes, utpote tenerius purisque fibii ♀, quodque ob alcali admixtum + dum in hisce febribus ordinario dominans obtundit, potiori adhuc virtute præ illis se se commendabile reddet. Præcipue quando a materia exanthematica, in interioribus adhuc retenta, vel repulsa, anxietates præcordiorum, animi deliquia, pulsus tensus, durus, inæqualis, deliria, subsultus tendinum, convulsiones, inflammations nobilium viscerum, sive nunc cerebrum, cor, pulmo, hepar,

hepar, aliudve sit, oriuntur, Carthusianus $\ddot{\sigma}$. tunc sanguinem a materia exanthematica coagulatum dividendo, attenuando, obstructa vasa referando, circulum ejusdem restituendo, secretiones & excretiones, in primis diaphoresin revocando, inflammationem discutiendo, exanthemata deinde expellendo, effectum, qualem vix ab ullo alio remedio expectare poterimus, edet. *Mirum enim est*, dicit apposite HOFFMANNUS in *Not. ad Poter.* p. 561. quantum se diffundat vis puri ac subtilioris ex $\ddot{\sigma}$ gio educti $\ddot{\sigma}$ is etiam in exilitate quantitate, universum corpus pervadit & ad remotissimas quoque partes & extinam corporis plagam pertingit. Et, quemadmodum CARTHEUSERUS *Pharmacol.* p. 500. de $\ddot{\sigma}$ e Oato vulgari praedicat, quod specificos & singulares effectus in febribus exanthematicis edat, quando exanthemata prodire renunt, aut retrocesserunt, ita hoc potiori jure de subtiliori nostro $\ddot{\sigma}$ e praedicandum erit. Itaque in variolosa febre, in qua videlicet coagulum summum sanguinis adest, resolutionem non solum optaram praestabit, adeoque variolas, vel in fomite latitantes discutiet, uti tali modo GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 11. panacea sua apud septem suos infantes ad praecavendas variolas usus est, vel miasmatis variolosi citiore eruptionem procurabit, & interiora viscera a mole & acrimonia materiae noxiae liberabit, aut etiam, si retrogressa fuerit, ocius citius illam iterum expellet. In variolis etiam in *Scheda* p. 27. ij gr. in tribus cochlearibus vini alicanti, & dein mane & vesperi per 9. & gr. j. praebeti jubetur. Hunc etiam salutarem effectum æque in morbillis & corpore eliminandis ab illo expectare debemus. Ita HOFFMANNUS *Med. Rat. Syst. T. IV. P. I.* p. 191. in morbillis malignioris indolis praestabilem saepè deprebendit virtutem $\ddot{\sigma}$ is $\ddot{\sigma}$ ialis, sua peculiari methodo praeparati, & ad dimidiā vel quartam grani partem oblati. Et, in diro illo flagello peste, & soro re ipsius truculenta purpura, imo in infestis generi humano petechiis, ad Kermes, veluti ad sacram anchoram, confugere licebit, ut nempe corruptio sanguinis corrigatur, & morbi hi graves vel praecaveantur, vel miasma impurum

per diapnoen e corpore rursus eliminetur, imo ut in iisdem accendentia internecina symptomata, summae v. g. angustiae praecordiorum, deliria, convulsiones, utpote gangrenae indicia dissipentur. Sic GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 10. & 64. & *Miracul. Mund.* p. 138. panacea sua felicissime usus est, & HOFFMANNUS *Opusc. Med. var. arg.* p. 482. & 486. ♀ suum √ faustissimo cum eventu adhibuit. In erysipelate etiam, utpote inflammatione & exanthemate particulari, GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 66. suam panaceam proficuum censet. Utilissimam vero non solum, verum etiam commodissimam in hisce morbis Medicinam Kermes præcipue apud infantes suppeditabit, cum enim hi multas & diffusas formulas respuant, hoc parciissimum molem, qua medicamentum præberi potest, constituet, ac nihilominus efficacissimum effectum edet. His itaque decipiendis non solummodo apprime aptum, verum etiam præ aliis indicatum pharmacum erit, atque nunc solum in ḡere, in medulla panis, vel offa, vel pilulis, vel conservis, vel gelatinis vegetabilium exhiberi, nunc cum ḡeribus bezoardicis, △eis & absorbentibus, velut oculis ♂, corallo rubro, margaritis, testis ovarorum, cbelis ♂, annotante GEOFFROY *Tra&t. de Mat. Med.* T. I. p. 227. conjungi, hocque modo etiam adultris, uti & omnisi temperamenti subjectis summe conveniens esse poterit, præstantissimum vero effectum tunc demum edet, si cum ♂o & camphora in hisce affectibus amico connubio illud unimus. Et, quod ad temperamenta attinet, HOFFMANNUS in *Opusc. Med. var. arg.* p. 491. de ♀e suo ♂li Vato pronuntiat, quod efficacia ejus deprebendatur longe major in corporibus complexionis cholericō-sanguineō, nec non tenerioris & sensibilioris texture, quoniam ad mobilitatem & fluxibilitatem magis sunt disposita. Pari etiam modo in aliis febris, in synochis nempe, in continuis etiam remittentiibus, usus hujus ♀is ♂ati commendabilis se se reddit, quum enim in iis ipsis etiam sanguis ad densitatem inclinet, & in vasis minus libere circulet, ne in stasis abeat, ejusdem attenuationem omnibus viribus equi debemus. Hinc sc̄opo illum

illum dividendi, diapnoen promovendi, sique vim febris
frangendi, ibidem hoc remedium maximopere indicatum
erit. Enim vero, si calor febrilis in hisce febribus invale-
sceret, non solummodo congestio sanguinis copiosior ad
caput, adeoque inflammatio meningum & deliria, aut in
alis etiam visceribus phlogoses inde facillime oriri, verum
etiam ex spissitudine nimia, acrimonia & corruptione hu-
morum purpura, aut aliud exanthematum genus necessa-
rio nasci debere, palam est. Ast, ad haecce fontica mala
avertenda, antiphlogisticum balsamicumque remedium cer-
tissimum in Δe nostro stibino inveniri non dubitandum est.
Ita VIGANUS etiam, annotante HOFFMANNO in *Nor. ad Poter.*
p. 561. suo Δe stibiano usus est, eoque febres ardentes uni-
ca dosi profligasse, sudorem & \square am movendo, dicitur.

§. XXX.

Nec uno nomine, & in his solummodo febribus pro-
fligandis, quæ a continua sanguinis stasi, aut vitio oriuntur,
Kermes potens sese exerit; verum, si serum etiam & lympha
varii generis tenax viscidaque subinde obstruktiones, resi-
stentias cordi, adeoque irritationes & febres intermitentes
creat, latebras earundem æque fortiter penetrabit, lym-
pham tenacem attenuabit, oppilatos canales expediet, fe-
bresque curabit. Supra jam in febribus intermittentibus al-
kermes minerale ceu utilissimum remedium emeticum
commendavimus, si nempe scopo emetico ante paroxy-
smum idem ad gr. iij. exhibitum fuerit, ut materiam morbificam,
si in primis viis adhuc hæret, sique tunc temporis ma-
gis mobilis est, eliminet, sique paroxysmum præscindat, aut
mitiget, vel, si nulla ad emesin aut catharsin dispositio ad-
fit, nec primæ viæ saburra vitiosa onerata sint, ut sanguinem
subeat, materiamque febrilem resolvat, coquat & per
diapnoen eliminet. Nam secundum Celeberrimum GEOF-
EROY *Mat. Med.* T. I. p. 226. hic \exists veluti panacea seu reme-
diū universale habetur. *Vomitum nonnunquam excitat, præ-*
serium dum in ventriculo \dagger da saburra reconditur; alvum sæpe
& blande movet, si in intestinis humorum congeries sit: \square am

provocat, vel diaphoresim aut sudoremm exicitat, dum in sanguine
 humores pravi permiscentur. Uno verbo operationem suam exe-
 rit, prout natura vergit ad hos vel illos humores per hæc vel
 illa emunctoria excernendos. Hicce vero resolvens, præpa-
 rans & digestivus effectus, quem adeo salutariter tempore
 paroysmi $\ddot{\sigma}$ noster præstat, diebus etiam intercalaribus ele-
 gantissime, ob metallicas etiam regulinas & Θ inas alcalinas
 ipsius partes, ab eodem in hisce febribus expectari poterit.
 Nam tunc temporis resolventem scopum Medicus rationa-
 lis omnibus viribus adimplere debet, tunc quippe lympham
 tenacem, viscidam, obstructions formantem, quecumque
 nunc illa sit, sive salivalis, gastrica, intestinalis, pancreati-
 ce, hepaticave existat, incidere, mobilem reddere, ad eva-
 cuationem disponere, aut per congrua emunctoria, præci-
 pue per alvum & \square am evacuare, sicque obsessa viscerum
 abdominalium ofta liberare, caufam cor irritantem, & fe-
 brem accendentem, e medio tollere, maximopere necesse
 est. Optime vero in huncce effectum cum Θ ibus Vis ab-
 sinth. centaur. min. aut $\ddot{\sigma}$ i, vel mediis $\ddot{\sigma}$ o solubili, Θ alo,
 Θ e febrifugo Sylvii pondere gr. viij. & croci $\ddot{\sigma}$ is aperitivi
 gr. iv. gr. j. Kermes miscetur, & singulis quaternis horis do-
 lis ejusdem repetitur. Sic enim pertinaces sæpe & chro-
 nicas febres, quæ omnem aliam medelam respuerunt, tan-
 dem ex voto devictas esse, novimus Id GLAÜBERUS Pharm.
 Spag. p. 64. & Miracul. Mund. p. 138. jam de sua panacea
 prædicavit. HOFFMANNUS etiam de illa idem in Not. ad Poter.
 p. 561. & simile in Opusc. Med. var. arg. p. 482. de panacea Co-
 nerdingiana testatus fuit. CHRISTIANUS DEMOCRITUS ideo et-
 iam, in Vitæ Animalis Morbo & Medicina p. 77. nil præsentius
 fugandis febribus operam navat, quam stomachicorum, balsami-
 corum amarorum, emollientium & $\ddot{\sigma}$ um mineralium, semper
 anodynorum, præprimis $\ddot{\sigma}$ is $\ddot{\sigma}$ tui concentus, pronuntiat.
 Eapropter portissimum in febre quartana evertenda, quæ
 scandalum alias Medicorum vocari solet, $\ddot{\sigma}$ e nostro stibi-
 no, quoniam efficacissimum remedium est, vix carere pos-
 sumus. Apud infantes præcipue, qui medicamenta omnia
 fere

fere aversantur, gr. $\frac{1}{4}$ vel $\frac{1}{2}$ hujus $\frac{1}{2}$ culi, s^epissime absque assuntis aliis medicamentis, felicissime febres intermitentes in fugam vertit. Hinc GEOFFROY l. c. p. 227. in infantum febribus intermittentibus hujus semigranum vel gr. j. bis, ter quaterve die cum felici successu præscripsit. Quid quod, si in pertinacibus febribus ad specificum tandem, & illarum antidotum, corticem peruvianum præbendum, descendere cogimur, tunc electuarii, bolis, pilulis, $\frac{1}{2}$ eribus aut aliis formulis antifebrilibus chinatis grana aliquot Δ is nostratis admixta effectum corricis ita egregie adjuvant, & eleganter moderantur, ut non solum non nimiam adstringentem vim exerat, sicut infarctus viscerum abdominalium post se relinquat, verum potius aperientem & leniter laxantem effectum edat, ac deinceps roborantem suam efficaciam impune tueatur. Imo, si in febribus prædictis vel ob præmaturum corticis chinæ usum, vel ob adstringentium remediorum applicationem ipsæmet obstructiones in visceribus infimi ventris inductæ fuerint, aut, si plane jam inde cachexia, cœdemata pedum, & hydrops ortus fuerit, tunc hæcce Δ a $\frac{1}{2}$ ii, in primis nostrum, sacra in infarctibus abdominalis & hydrope Medicina adhuc esse potest. Et GLAUBERUS Pharm. Spag. p. 65. & Miracul. Mund. p. 139. jam suæ panaceæ hunc effectum tribuit, quando quotidie dosin gr. j. augere præcepit, donec nauseam inciperet creare, tuncque gr. j. dosin minuere, illamque ea proportione continuare jussit, donec per secessum, aut sudorem, aut \square am, serum omne stagnans evacuatum fuerit, adeoque obstrunctiones sublate fuerint. *Scheda* etiam publicata, notante illo, qui in LE FEVRE *Cours de Chym.* commentatus fuit, l. c. p. 24. a iij. granis incipere, & dein per decem aut duodecim $\frac{1}{2}$ ij. granis mane & vesperi in vino Hispanico, aut alio, albo bonæ notæ, aut in ∇ æ parietar. $\frac{1}{2}$ ij. \varnothing amygd. dulc. $\frac{1}{2}$ & sacchar. $\frac{1}{2}$ j. sumendis, continuare jubet. A Celeberrimo BOECLERO *Cynos. Mat. Med. Herm.* T. I. P. 3. p. 101. itidem illud in hydrope laudibus afficitur. Et Clarissimus POTT *Exercit. Chym.* p. 41. ex THOMSOHNI Angli *Epilogismo Chymico* p. 74. notat,

vix credendum nisi quis exploravit, quam innocue, quanto
energia viriumque custodia per secessum, nam & diaphoresis
opus suum peragant & iis & a cum alcali ex metallis istis
deprompta, ac ab immundicie secreta, hæc penitus quidem per-
missa, stomachi digestioni succurrunt, meatus obstructos rese-
rant, concretorum analysin faciunt, succos spinosos alperos
hebetant, levigantque, ventrem bis ter aliquando quater abs-
que ambientis laesio[n]is metu cum euphoria solvunt. Utique vero
potentior hicce aperiens & hydragogus effectus erit, si Kermes
nostrum in hydrope, uti GOTTOFRÉDUS l. c. p. 228. com-
mendat, cum limatura & tis & ♂, vel cum Pro defecato nam
vel succum aut decoctum parietarie superbibendo, exhibetur.

§. XXXI.

Ergo in aliis etiam chronicis morbis, a spissitudine &
impuritate lymphæ oriundis, ob regulinas, alcalinas, nec
non & eas balsamicas suas partes, pariter proficuus & Car-
thusianorum esse poterit. Hinc in cachexia, præcipue con-
tumaci illa foeminarum, chlorosi dicta, & ut plurimum a
xiuum obstructione proveniente, cum croci & tis & arcani
duplicati ana gr. x. Kermes gr. j. secundum GEOFFROY l. c.
p. 229. bis de die resolvendi, aperiendi, imo & catamenio-
rum fluxum revocandi scopo, optimo cum fructu sugge-
retur. Mulieres etiam in fluore albo, ad purificandam &
corrigendam massam sanguineam, insigne in eodem sola-
men invenient. In ictero, ad hepatis obstructionem rese-
randam, ad bilem in hepatे fluxilem reddendam, & ipsius
influxum in duodenum revocandum, non vanam urentibus
prestatib[us] opem. Ideo etiam sepe jam laudatus GEOFFROY
l. c. p. 227. identidem & dosi refracta exhibitus serosas & cru-
das evacuationes alvinas sensim mutat & biliosas reddit ac spis-
siores, humoresque sic ad purgationem disponit, bilem nempe
nimis viscidam incidendo & fluidiorem efficiendo, afferit. Imo
in omnibus obstructionibus hepatis & lienis GLAUBERUS
Pbarm. Spag. p. 66. panaceam suam opitulari ait. Si a dys-
crafia seri spissa & acri rheumatismi aut arthritides indu-
ctæ fuerint, serum tenax ac impurum non solummodo per
alcali

alcali & regulum Kermes perfectissime dividetur, verum etiam per $\frac{1}{2}$ ipsius acrimonia obtundetur, noxiæque particulae per diapnoen expellentur. Hinc in pertinacissima arthritidis specie, nodosâ podagra, panacea $\frac{1}{2}$ ea fibina jam a GLAUBERO insigniter in *Pharm. Spag.* p. 11. & p. 65. & *Miracul. Mund.* p. 139. commendata fuit. Et, re vera, scopam therapeutico in paroxysmo, quam prophylactico extra eundem, $\frac{1}{2}$ tunc æque, imo melius adhuc, ac $\frac{1}{2}$ crudum, in refractario hoc morbo laudem promeritam tuebitur. Cumque lympha vitiata & acris plures eosque diversos morbos, prouti diversa corporis loca obsidet, inducere posse; hinc in omnibus impuritatibus humorum, quascunque nunc partes occupent, $\frac{1}{2}$ hocce depurantem & diapnoicam virtutem edet. Sic, si ob serum acre, in osculis excretoriis corticis externi stagnans, tota cutis foeda scabie conspurcata est, ad inquinatum serum dividendum, corrigendum atque per poros cutaneos exhalantes eliminandum, nostro nullum convenientius nobis pharmacum cognitum est, &, cum $\frac{1}{2}$ vulgare jam usu suo in hoc affectu se se commendet, hoc ob regulinas & alcalinas partes admixtas, utpote quæ efficacius adhuc resolvunt, eidem longe adhuc præferri meretur. Hinc etiam in scabiebus omnibus consumacibus, in ipsa itidem elefantiasi & lepra, summo cum fructu usurpari poterit. Idcirco GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 64. & *Miracul. Mund.* p. 139. panaceam, LEMERY *Traité de l'Antimoine* p. 23. $\frac{1}{2}$ suum, CARTHUSERUS *Pharmacol.* p. 501. $\frac{1}{2}$ Oatum, HOFFMANNUS *Opusc. var. arg.* p. 483. & *Observ. Phys. Chym.* p. 265. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$, tanquam utilissimum in his morbis commendant. Gravis illius $\frac{1}{2}$ reæ luis, in qua summum lymphæ coagulum & corruptio, $\frac{1}{2}$ da potissimum, adeat, fortissimus domitor noster $\frac{1}{2}$ itidem existet. Nam a miserrimate impuro conspurcatam massam humorum $\frac{1}{2}$ eis suis partibus dividendo, acre $\frac{1}{2}$ dum coagulans alcalinis particulis cicurando, ac ope regulinarum molecularium per sudorem eliminando, in hoc morbo vires suas exerit. GLAUBERUS ideo panaceam suam utilissime in eodem adhibuit, imo

imo salivationem etiam eadem provocavit, ut in *Pharm. Spag.* p. 64. & *Miracul. Mund.* p. 139. legere est. Et, si effectus salivans in hoc morbo præoptatur, ut ille certior copiosiorque insequatur, cum panacea ḡiali ♀ialis, aut cum ḡe ḡii Ligeriano ♀ dulcis r. par. amico connubio uniri poterit. Quæ, si non pejor, attamen æque gravis est labes, scorbutica nempe acrimonia, eaque sœpissime +da, dolores artuum immanes, spasmos, arthritides vagas, erosiones & ulcera inducens, æque hocce balsamico ḡe absorberi, immutari ac auferri poterit. Certe a GLAUBERO *Pharm. Spag.* p. 10. & 66. & HOFFMANNO in *Not. ad Poter.* p. 561. miri in hoc affectu de ḡibus ḡii effectus prædicantur. Nam in mu- liere artuum scorbutico dolore & defluxionibus ad peccus tam acribus, ut erosionem pulmonis & sanguinis sputum inducerent, laborante, tantillam ḡis ḡii Glauberiani dosin tenuis & acris seri motum stirisse, & periculosi morbi incrementa impeditisse, posterior AUCTOR afferit. In quavis etiam acrimonia seri demulcenda, peculiariter in lachrymarum mordacitate, oculos infestante, lippitudines molestissimas, ophthalmias cum ungus & panni metu producentie, corrigenda, mirifice ḡ Glauberianum profuisse IDEM l. c. annotat. In cataracta etiam & gutra serena, ad tenaces humores dividendos, mobiles reddendos, circumque humorum in nobilissimo vi-sus organo restituendum, illud haud fallaci spe tentari posse confidimus. In variis aurium virtutis serosis, etiam non inutile existere, credimus. In ulcere pulmonum incipienti, & phthisi delinienda ac avertenda, non absque fructu Kermes nostrum inservire quoque poterit. Si etiam serum acre & spissum in glandulis vel mesenterii, vel articulorum, vel aliarum partium stagnans, cardiogmum, atrophiam, rachitidem, scrophulas, nodos & tophos, atque febrem lentam & hecticam producit, deobstruentem, resolventem, purificantem ac discutientem efficaciam a nostro medicamento, quum ḡe naturæ sit, certissime in his malis expectare debemus, promptiori vero ope utique in iisdem se se Kermes, si cum ♀io dulci nuptum fuerit, commendabit.

§ XXXII.

§. XXXII.

Quamvis autem multi hactenus in eo fuerimus, ut monstraremus, quomodo in fluida corporis humani effectum suum Kermes exerceat, ad solida tamen salutarem ejusdem operationem æque se se extendere, nos ignorare non credendum est. Supra quidem, in fibris gastricis & intestinalibus stimulum & motum peristalticum auctiorem illud excitare, jam innuimus, cum vero illum effectum fere non, nisi \ominus ibus mediis stipatum fuerit, edat, & cum, uti ex proportione principiorum constat, $\frac{1}{2}$ præ alcalinis, regulinis & aliis partibus in Kermes priorem locum teneat, irritans & stimulans hujus pharmaci vis ita notabiliter inde cicurata est, ut solida multum pungere & irritare, ni subjecta admodum tenera & sensibilia sint, nequeat, sed potius ob nominatas abundantes Δ eas partes illorum spasmum atque erethisnum relaxare & demulcere, irritabilitatemque nimiam fibrarum quam optime moderari valeat. Aptissime itaque alkermes in violentis fibrarum distensionibus, & in omnibus doloribus, demulcente & anodyno scopo exhibebitur, sive in cephalalgia, cephalæa, hemicrania, vertigine, cardialgia, palpitatione cordis, colica, ileo, malo hypochondriaco, hysterico, nephritide, rheumatismo, arthritide, aliisque dolorificis affectionibus summe proficuum erit. Hinc GLAUBERUS Pharm. Spag. p. 66. in cephalæa, vertigine, palpitatione cordis, lipothymia, halitu foetido, suffocatione uterina & retentione \square ium panaceam suam extollit. HOFFMANNUS Obsrv. Phys. Chym. p. 265. in hemicrania Δ siuum \vee cum succeſſu praescribit. Ipsum vero Kermes Celeberrimus BOECLERUS Cynos. Mat. Med. Herm. T. I. P. 3. p. 101. in vertigine commendat. In ipsa etiam Scheda publicata, in LE FEVRE Cours de Chym. T. 5. p. 24. reperiunda, contra vertiginem gr. iij. alternis diebus, dein gr. j. per octo dies, ac bis in septimana per \square em, postremo singulis 15. diebus gr. ij. assumi jubentur. In stomachi etiam spasmis, vomitu & cardialgia L. c. p. 27. gr. ij. Kermes in ∇ æ menth. vel puleg. 3ij. propinan- da esse, suadetur. Præcipue vero in immanibus & univer-

K

salibus

salibus nervorum spasimis, in epilepticis & convulsivis motibus, scopo antispasmodico, & fibras nerveas violentissime tensas relaxandi, motusque effrenos sedandi, obamicum nervis ♀, quo Kermes scatet, illud maximopere se se commendat, & hoc titulo in primis infantibus, cum epilepticis insultibus conflictantibus, admodum utile erit. Optime vero in hisce affectibus cum ♂arinis Kermes connubium inibit. Scire enim juvat secundum HOFFMANNUM Observ. Phys. Chym. p. 265. hoc ♀ amicam copulam inire cum ♂ri ♂iali, item cum solaribus, ♂ fulminante, & ♂icroco purpureo. Nam haec singula ejus virtutem magis nobilitant atque exaltant, tantum abest, ut minuant atque extenuent. In primis vero, cum tenellorum convulsiones ab +do lactis saepissime oriantur, praeter ♀, alcali, quod in Kermes inest, +dum illud efficacissime obtundet, causamque stimulantem domabit. Agnovit insignem ♀is ♂ati in truculentis his affectibus usum apprime GLAUBERUS, hinc in Pharm. Spag. p. 64. panaceam suam multis parasangis aliis remedii antiepilepticis preferendam esse affirmat, & his verbis commendat: *in epilepsia* bey den kleinen neugebornen Kindern, deren eine grosse Anzahl daran hilflos hinweg sterben, ist diese panacea ein offtbewerthes und allergewissfestes remedium, nur nach der Geburt $\frac{1}{2}$ oder $\frac{1}{4}$ eines Grans, mit ein wenig Milch, oder warmer ungesalzener Butter eingestrichen, den 3. Tag wieder $\frac{1}{2}$ Gran, und über 8. Tagen wieder $\frac{1}{2}$, so seynd sie hernach davon befreyet. Wofern aber ja über etliche Tage, Wochen oder Monaten sich ein *paroxysmus* wieder solte mercken lassen, kan die dosis etwas stärker (wann es das Kind nothig hat) wiederholet werden, so oft und viel, bis es aussen bleibt. Diese Medicin solsten ihnen alle Mütter hoch lassen besohlen seyn, dann manches Kind so sonst frisch und gesund ist, an dieser Krankheit hilflos hinweg stirbt, und ist ein grosser Missbrauch etlicher Medicorum, welche bey solchen Fällen, den kleinen Kindern grosse Gläser voll kraffloses Perlen-Wasser, Bezoar-Stein mit Peonien-Wasser oder Pulver, samt andern unnißlichen Dingen einschütten. Ipse vero laudatus AUCTOR l.c. p. 71. etiam saepissime ad spasticos motus sedandos in paroxysmo nepen-

nepenthe suo , quod ex opio correcto , croco extracto & Δ oli \wedge li destillato paravit , cum successu usus fuit , eique post panaceam suam primas partes in his affectibus tribuit . Ob vim vero antispasmodicam , quam adeo efficaciter Carthusianus $\ddot{\sigma}$ praefstat , in subitanee & fatali pulmonum convulsione , carrrho nempe suffocativo , nullum quod parem , aut maiorem ipso virtutem exerat , medicamentum possidemus , spastice quippe strictas fibras pulmonales Δ eae ipsius partes relaxabunt , sicutque insultum gravem discutient . Hinc etiam JUNCKERO *Conspect. Med. Theor. Pract.* Tab. 118. p. 913. $\ddot{\sigma}$ $\ddot{\tau}$ ii \odot atum ultimae π -nis ad gr. vj. cum Θ e quodam digestivo datum in hocce morbo commendatissimum existit , mirificè quippe $\ddot{\sigma}$ puncto fere temporis catarrhum suspendere $\ddot{\sigma}$ quidem non in uno , sed plurimis observavit . Et GOHLIUS *Actor. Berol.* Dec. 2. Vol. 3. p. 24. & Vol. 4. p. 91. $\ddot{\sigma}$ is $\ddot{\tau}$ ii tenerioris , post \odot atum cadentis , cum æquali pondere \square i \odot lati efficaciam specificam quasi , atrocissimum huncce affectum superandi , aliquot exemplis confirmavit . Et , utique , cum præter demulcentem effectum , simul resolutionem materiae tenacis , acris , irritantis præstet , & vel per screatum , vel per vomitum , vel per alvum , vel per sudorem agat , mucum divisum sic per unam , vel alteram viam eliminabit , adeoque omnibus numeris in hoc affectu nominis sui famam mitigatum Δ $\ddot{\tau}$ ii & Kermes tuebitur . In aliis itaque etiam pectoris spasmoidicis affectibus , in tussi nempe tam humida , quam secca , præcipue vero in convulsiva , in asthmate similes differentias tubente , in polypo cordis , in incubo , raucedine , in haemoptysi etiam nequaquam illud negligi debet . LEMERY etiam *Trait. de l'Antimoine.* p. 23. in asthmate suum $\ddot{\sigma}$ proficuum esse posse censuit . Et in *Scheda l. c.* p. 26. pro asthmate gr. ij. sumere , atque mane & vesperi uno grano continuare per 15. σ præcipitur . Et in omnibus haemorrhagiis , scopo stricturas spasmoidicas relaxandi , acrimoniam sanguinis demulcendi , cautus $\ddot{\sigma}$ is stibini Ligeriani usus prodesse poterit . Sic etiam , cum nimium fibrarum motum sistat , in continuo \square æstimulo , in ischuria & stranguria , cum fructu in usum trahi poterit .

poterit. GEOFFROY ideo in *Tract. Mat. Med.* T. I. p. 228. *adversus dysenteriam & calculum in V a urticæ albæ seu non urentis Kermes sumere suadet.* BOECLERUS *Cynos. Mat. Med. Herm.* T. I. P. 3. p. 101. in \square difficultate & fabulo itidem illud commendat. Atque in *Scheda l. c.* p. 26. gr. iij. in vini albi cochlearibus tribus aut ∇ urticæ albæ $\frac{1}{2}$ iij. præscribuntur, atque per 12 aut 15 σ uno granulo continuandum esse, dicitur. GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 11. & 13. panaceæ suæ plane vim calculum solvendi attribuit. Pari modo etiam in intestinorum continuo stimulo & in dysenteria a Celeberrimo GEOFFROY *l. c. in confectione de hyacintho superbibendo decoctum vel succum plantaginis* commendatur. In *Scheda* etiam *l. c.* p. 25. ij. vel iij. gr. Kermes prima vice, deinde per 3 vel 4 σ 1. gr. in cochlearibus tribus decoctionis sumach aut ∇ plantag. $\frac{1}{2}$ iij. aut vini alienanti vel alijs generosi cochlearibus iij. assumi ordinantur. Panaceam etiam propriam GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 71. in castrensi dysenteria encomiis ornat. In hoc vero morbo partim ceu alcali, Θ + dum, quod in primis viis saepe hospitatur, & dysenteriam causatur, obtundet, partim vero, & potissimum, ob Δ , acrimoniam materie impuræ demulcet, & fibras intestinales nimis tensas relaxabit, sique utique in dysenteria Kermes proficuum esse posse neutiquam dubitandum erit. Cum enim vitrum $\frac{1}{2}$ ii ceratum, quod ex vitri $\frac{1}{2}$ ii $\frac{1}{2}$ j. & cerae flavæ fusæ $\frac{1}{2}$ j. per semihorium in cochleari continuo super flammam agitata, dein effusa & in $\frac{1}{2}$ j erem redacta, paratur, in dysenteria pro specifico juxta doctissimum PRINGLE in *Essais de Medecine d'Edinbourg* T. 5. art. 15. p. 241. & Celeberrimos GEOFFROY ac DUHAMEL in *Mem. de l' Acad. des Sc. A. 1745.* p. 164. venditetur, ac tantorum virorum experientia contradicere nefas sit; si vitri $\frac{1}{2}$ ii regulinae coales irritantes particulæ a Δ eis cerae partibus accedentibus ita obtundi & inverti possunt, ut in $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ j, & proficuum in dysenteria pharmacum, immutentur, posteriori jure mitissimum Δ stibinum, Kermes nimirum, in hoc morbo adhibebitur.

§. XXXIII

§. XXXIII.

Nondum vero intra hos cancellos Kermes agendi vis includitur nam non interna solum affectibus curandis maxime idoneum est remedium, verum usus ipsius ad externos & chirurgicos morbos etiam longe lateque pater. GLAUBERUS jam panacea sua ,uti ex *Pharm. Spag.* p. 66. & *Min. acul. Mund.* p. 141. videre est, vulnera recentia, ipsa etiam ulcera cacoethica, impura, cancerosa, fistulosa variarum partium saepe absque externorum emplasticorum, unguinorum & mundificantium uso, nisi quod quandoque solo balsamo ex floribus mineralibus, $\text{\textcircled{O}}$ eo cera & therbinthina, aut emplastro simplici, ab Δ re externo illa defenderit, solummodo interne eam exhibendo, purificata fuisse & coaluisse testis est. Inprimis notabilis exemplo *Pharm. Spag.* p. 13. infantis x. annorum, qui sub lingua multa foraminarodenitis , cancerosa indolis habebat, illud confirmat, utpote qui, spatio 8. dierum granis vj. panacea interne assumptis, integre ab ulcer'e suo mali moris curatus fuit. Kermes igitur usum aque efficacem in hisce circumstantiis esse posse, ob Δ eas balsamicas, alcalinas lixiviosas & abstergentes particulas, nulli dubitamus, non tamen omnium remediorum extenorū mundificantium usum removendum esse suasores essemus. In ictis etiam, lapsis, contusis, herniosis inflammatiis, ambustis, fulmine tactis personis, cum sanguinem coagulatis resolvat, interne cum exoptato effectu praberit poterit. Ipso vero etiam externo uso in morbis externis apprime $\text{\textcircled{X}}$ Carthusianorum conveniet, & praeципue in tumoribus glandularum scrophulosis , scirrhosis, $\text{\textcircled{Y}}$ reis, aut etiam cancerosis, aliisque, scopo discutiendi commode emplastris e gummi $\text{\textcircled{X}}$ co, e ranis Vigonis cum $\text{\textcircled{Y}}$ io, nigro Beza, $\text{\textcircled{Z}}$ ii $\text{\textcircled{O}}$ atum, vel nostrum utilissime admiscentur, coeque tumores vari generis duros, praegrandes, praecipue glandularum colli dissipatos fuisse, novimus. Abbas ROUSSEAU in libro *Preserv. & Remed. univ.* p. 100. Medicinam universalem Abbatis DE COMMERS, qua vero nihil aliud quam Glauberiana panacea existit, externe instar balsami vulneribus, ulceribus & gangrenis cum successu applicari posse, commendat. In omnibus igitur illis casibus, ubi Δ tuto externe scopo resolvendi & mundificanti in linimenta, unguenta & emplastra ingreditur, nostrum potentiores effectum edet. In scabie tamen, ubi Δ is usus externus cauissimus esse debet, caute etiam cum nostrate mercantum erit, ne, ad interiora eam repellendo, variis sic stabibus periculosis ansam praebeamus. Tunc vero juxta Celeberrimum GEOFFROYI. c. p.229. ∇ a a $\text{\textcircled{Y}}$ ne Kermes residua per charram bibulam trajecta, ad scabiem, imperigines & alia cutis via sananda, tutius uti poterimus, cum enim alcalina eadem sit, abstergens, mundificans & cosmetica existet, sive in sordibus cutis auferendis desideratum suppeditabit auxilium. GLAUBERUS etiam panaceam suam, ∇ a calida immixtam, huic virtutem thermarum

marum conciliare, *Miracul. Mund.* p. 141. prædicat. Tandem usus Mechanicus Kermes usus, qua teste MEUDEKO I. c. p. 403. centesima pars grani ad Δ deaurandum sufficit, meritorum ipsius agmen claudat.

§. XXXIV.

Verum enim vero, cum vix non morbum, in quo Kermes non utilitatem quandam praefat, existere dixerimus, plurimis fortitan illud iuidem patinæ infar, veluti GLAUBERUS celebrare videbimus, quamvis ipse etiam GLAUBERUS *Pharm. Spag.* p. 68. nomen hoc justis limitibus incluserit, hinc, ut Medici rationales virgula censoria nos afficiant, metuendum erit. Verum est, nec culpam, nec culpæ poenam deprecaremur, nisi ea, que hac tenus proposuimus, certis cancellis circumvallare, & cautelis necessariis munire, animus nobis iuisset.

1. Non in omnibus morbis Kermes ita proficuum ac tutum esse censemus, ut non in illis præcipue febrilibus affectibus, ubi $\frac{1}{2}$ æ partes in sanguine jam primas partes obtinent, aut ubi etiam alcalinæ superiora loca occupant, illud contrarium esse credamus, cum $\frac{1}{2}$ eam & alcalinam sanguinis cratin, ob affinitatem & analogiam particularum, augere, adeoque febre magis accendere posset. Nequaque igitur in febribus ardentibus, cholericis & biliosis, in diarrœa etiam ac dyfenteria biliofa, aut ubicunque biliofa faburra in primis viis abundat, ut hoc post iracundiam prægressam accide-re solet, ipsius usus commodus exsift.

2. Multo minus in inflammatione, aut phlogistica diathesi ventriculi, aut aliis visceris, eidem vicini, hepatis v. g. diaphragmatis, lienis, mesenterii, ubi vomitus vel actu jam adevit, vel saltæ vomendi conatus præsentes sunt, exhiberi debet. Cum enim Kermes subinde nauseas, vomendi conatus, aut vomitus suscitet, vomitus vero in ventriculo æque ac vicinis visceribus spasmus & tensiones excitant, ha ita inducta spastica strictura irritationem jam præsentem, dolorem & inflammationem austiorem gravioremque redderent.

3. Ex hac etiam causa, si in his inflammationibus, aut in aliis quibuscumque, Kermes scopo antiphlogistico ruto uti volumus, formula $\frac{1}{2}$ erum, uti & potiuncularum, neutiquam convenient, utpote in quibus de dosi speciali, quam æger singulis vicibus accipit, certi esse non possumus, ni $\frac{1}{2}$ er cuilibet, jam in suas doses distinctas divisio, aut cochleari cuilibet potiuncula, demum sub ipsa exhibitione, certam Kermes dosim admisceamus. Nec tunc etiam adhuc, ne nauseam aut vomitus creet, satis securi erimus. Hinc in elegmatis formam cum $\frac{1}{2}$ eo amygd. dulc. spermat. cer. aut butyro cacao & syrupo dialth. capill. $\frac{1}{2}$ ris aliove potius Kermes redigendum est, aut etiam in pilularem gr. $\frac{1}{2}$ vel j. Kermes cum syrupo aut conserva quadam transformetur. Sic enim emetica & irritans ipsius vis, præcipue priori in formula involvitur, & ad tempus coercetur, ut, quando demum ven-

ventriculum innocue transiit, Kermes sui juris iterum fiat, tuncque in maf-
sam sanguineam intret, & optatum effectum absque ullo amplius noxa me-
tu edat. Imo, in hisce circumstantiis, ubi irritationem a $\ddot{\text{S}}$ ere nostro
metuimus, Δ illud, quod Lemeryana methodo extrahitur, prae vulgari Li-
geriano præferremus, aut edulcoratione & ablutione officiosa ac V de-
flagratione superfedere suaderemus, aut ex GOTTOFREDI præscriptione
rectificatum Kermes commendaremus.

4. In omnibus hisce inflammatorii, imo in aliis etiam acutis & exan-
thematicis febribus, in haemorrhagiis etiam, cum Δ in Kermes domini
um obtineat, omne vero Δ massam sanguineam rarefaciat, exagitet &
calefaciat, hic vero summus calor jam accensus sit, neutriquam culum
huncce præscribere convenient, ni plethora, orgasmus & expansio sanguinis
per repetias V.Snes sublata atque sedata fuerit, uti bene in GEOFFROY
I. c. p. 229. & in Scheda I. c. p. 26. illud etiam commendatur. Hinc non
nisi præmissis sanguinis missionebus, in inflammatorii, acutis & exanthema-
ticis febribus, Kermes usus tutus erit. Sic igitur, quando AZEVEDO in
thesi Parisina an in inflammationibus Kermes minerale. A. 1732. defensa, illud
in hisce morbis damnat, & thesi quarta Δ est & rarefactione sua sanguini-
nam protrudit, impulsione sanguinis adangerit inflamatio, dicit, & thesi
quinta ast Kermes minerale fluida exazando ita statim adangerit, ut regressus omnis
denegetur, ponit, si ita nude, & absque debitis cautelis, & præmissis sanguini-
nis ventilationibus, aliquis adminiculis mox memorandis, adhibetur, si
etiam in stagnatione summa in gangrenam jam vergente datur, ipsi uti-
que affentiremur, sed si generaliora remedia vel præmittuntur, vel con-
junguntur, si etiam stasis inflammatorio nondum ad $\alpha\kappa\mu\pi\eta$ pervenit, si que
non ita profunda adhuc stagnatio est, illud nocere posse neutriquam credimus.

5. Ut vero nimiam expandendi vim $\ddot{\text{S}}$ eris Carrhusiani fratris refringa-
mus, cum Ω nunquam non & cum absorbentibus erit maritandum, ut-
pote que ipsius clasticam vim cicurant, & temperantem, resolventem
ac diapnoicum ejusdem effectum egregie promovent.

6. Ideo etiam in copioso vehiculo, & cum multis diluentibus pro-
pinandum erit, ubi quidem loco vini ∇ as vel destillatas, vel juscula, vel
ptisanas, vel infusa theariformia præferimus, utpote quibus itidem vis tem-
perans, resolvens & diapnoica ejusdem eleganter promovetur. Hinc Clas-
tissimus GEOFFROY I. c. p. 229. obseruandum tamen non exhibendum esse
 $\ddot{\text{S}}$ erem inquit, nisi prius immunita fuerit debitum V.Snis sanguinea molles-
cens diluentibus medicamentis sufficenter diluatitur. Cum enim hoc $\ddot{\text{S}}$ ere Δ ea
pars sanguinis dividatur, effervescentiam & rarefactionem subito concipit, va-
sa jam repleta magis adhuc distenduntur: unde major agitus in sanguine & hu-
moribus, & congesiones in visceribus novæ. Non igitur exhibendus est, nisi im-
minuta fuerit plethora, nisi aperte & uberrimis diluentibus fluidiores sunt humores.
Et HOFFMANNUS Opus. Med. var. argum. P. 491. in genere autem obser-
van-

vandum, notat, omnia illa, quæ quantitatem nimiam humorum ad convenientem proportionem deducunt, & fluxilitatem humoribus afferunt, quando Δ Δ atum ipsius ∇ atum in usum trahitur, non negligenda simul esse. Et SENAC Cours de Chym. T. 2. p. 203. ubi metus est, ut Kermes adstringat, aut calefaciat, multum bibere, aut si colicam suscitat \odot sa afflumere suaderet.

7. Idcirco etiam, si alvus confitipara est, ante ejus usum, semper enemate referanda est. Sic enim omnis calefaciens & adstringens vis optimè praecavetur, ut illa cautela etiam in Scheda p. 28. inculcatur.

8. Quandocunque vero Kermes scopo emeticus, sive in febrium, sive in aliorum morborum initis, in plethorici subiectis prescribimus, illud semper notandum erit, quod V.Snes antea administrare necesse sit, ni enim plethoram per phlebotomiam minuamus, ex vomitorio inconsulte administrato, rupturas vasorum encephali, pulmonis, aut ventriculi, adeoque hæmorrhagias varias periculosas inducemos.

9. In gravidis etiam, herniis, hamoptycis & phthisicis personis, si quando Kermes pro coagulo sanguinis aut feri resolvendo in aliquo morbo indicatur, cautissime idem, & non nisi cum \odot sis mixtum, ut emefis praecaveatur, dandum est.

10. Si tandem, ut verbis Celeberrimi GEOFFROY I. c. p. 239. utamur, ex quacunque fibii preparati, adeoque & nostratis, dosi vomitus vehementius aut diuturnius, Δ ris vel Δ li gurta aliqui in ∇ vel prisana σ arbo ad graram aciditatem exhibeantur, statim fibii vis emerita infringitur, & vomitus ab' bocce remedio ruitus, quam ab opio sedatur. V. etiam juculis pinguis, \odot o amygd. dulc. aut laete vomitus facile fisti poterit. Δ na etiam, cum Δ cre Cartilhanorum maritata, ejus vim emeticam refrenare observantur.

S. XXXV.

Nunc vero, si oinna, qua de Kermes minerali hastenus dicta fuerunt, summatim colligimus, illud multiplici & explorata, imo eminentiori quam reliqua Δ a Δ ii, efficacia in medendo coruscare, quum in languoris & acutis morbis, aqae ac in lymphaticis & chronicis affectibus, icoipo antiphlogistico, resolvente, aperiente, evacuante, secretiones & excretiones promovente, & in solidorum struturis scopo antispasmodico, imo in externis etiam incommodis scopo dissecutore maximopere se se commender, sic stabilitum erit. Non tamen in omnibus in universum morbis illud adhiberi posse, nec etiam solum, absque præmissis, vel conjunctis aliis convenientibus auxiliis applicari debere, simul confessum fuit. Hoc vero non obstat, quo minus præ mulius aliis remedii in curando eidem palmarum concedamus, ita ut, si aliquid opera, aliquid auxili, aliquid artis in medicina positum est, illud in morbis acutis præter V.Snes, laxantia, diluentia, clymata & vesicatoria, a Δ o, camphora, opio & Kermes, in chronicis vero effectibus præter purgantia, clysmata, balnea, acidulas, Θ e, aut δ te im-pregnatas, a rheo, \odot io, china china & Kermes expectandum sit

T A N T U M.

Strassburg, Med. Diss., 16 Milliar-
Mustinger
X 247 8692



Q. D. B. V.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE
**EXPLORATA KERMES
MINERALIS**
SIVE
**PULVERIS CARTHUSIANORUM
IN MEDENDO EFFICACIA**
QVAM
**GRATIOSÆ FACVLTATIS
MEDICÆ
CONSENSU**
PRO LICENTIA
**SUMMOS IN MEDICINA HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CONSEQUENDI**
SOLENNI MEDICORUM CENSURÆ SUBJICIT
**FRANCISCUS XAVERIUS
MILLARS**
BRUNTRUTANUS-RAURACUS.
AD DIEM XVIII. FEBRUARII A. O. R. MDCCCLII.
H. L. Q. S.

*ARGENTORATI
Typis HÆREDUM PAUSCHINGERIANORUM.*